# Rudolf Rasch

# The Music Publishing House of Estienne Roger

# Documents 1714

Please refer to this document in the following way:
Rudolf Rasch, The Music Publishing House of Estienne Roger: Documents 1714
https://roger.sites.uu.nl/documents/
For remarks, suggestions, additions and corrections: r.a.rasch@uu.nl
© Rudolf Rasch, Utrecht/Houten, 2018
10 July 2018

APPLICATION OF A PAPAL PRIVILEGE FOR CORELLI'S *CONCERTI* OPUS 6
BY MATTEO FORNARI
22 OCTOBER 1714

**Summary**: Fornari asks for a privilege to protect the edition of Corelli's Concerti Op. 6, printed in Amsterdam, against unauthorized reprinting in the Papal States.
**Primary source**: Rome, Archivio Segreto Vaticano, Segretaria dei Brevi, Vol. 2376 (October 1714), fols. 331r-332v (communicated by Francesco Piperno (Rome)).
**Previous Edition**: Rasch 1996, pp. 116-117.
**Rasch**: Rasch 1996.
**Names**: Clemens XI (Popo); Arcangelo Corelli; Matteo Fornari; Franciscus Samaria ad Christum.
**Places**: Amsterdam; Papal States.
**Title**: Corelli, *Concerti* Op. 6.

**Transcription**

Allà Santità di Nostro Signore Papa Clemente XI.
Die 22 Augusti 1714.
Frater Franciscus Samaria ad Christum.
Per Matteo Fornari.

Matteo Fornari, umilissimo supplicatore della Santità Vestra, con ogni più reverente ossequio Le rapresenta essere restato erede tanto degl'instromenti musicale quant'anche di tutte le composizioni ed opere del fù celebre suonator di violino Arcangelo Corelli di lui maestro. Ma perché, Padre Santo, tra l'altre opere del sudetto Arcangelo vi è l'opera sesta de concerti grossi, che dall'autore non vi è potuta in vita dar alla luce, e che con grave spesa del supplicatore data alla stampa in rame in Amsterdam, già sta uscire dal torchio, pertanto dubitando il sudetto supplicatore li possa essere subito ristampata in Roma, Bologna ò altra città alla Santità Vostra immediatamente sogetta in grave di lui danno, e senza speranza di ricavarne lo speso, supplichevole ricorre alla somma clemenza della Santità Vostra, afinché benignamente voglia degnarsi agraziarlo d'indulto per la privativa per dieci anni qualsivoglia stampatore dell Stato Ecclesiastico; acciò che nisuno possa ristamparla, introdurla, ne tampoco venderla. Che della gratia etc.

---

PAPAL PRIVILEGE GRANTED TO MATTEO FORNARI
FOR CORELLI'S *CONCERTI* OPUS 6
31 AUGUST 1714

**Summary**:
**Sources**: Corelli, *Concerti* Op. 6, end of Violino Primo del Concertino partbook (Fornari issue).
**Edition**: Marx 1980, pp. 197-198.
**Literature**:
**Names**: Fabio degli Abati Olivieri [a nephew of pope Clemens XI, a cardinal, and Segretario dei Brevi, 1658-1738]; Arcangelo Corelli; Matteo Fornari.
**Places**: Amsterdam; Papal States.
**Title**: Corelli, *Concerti* Op. 6.

**Transcription**

Clemens XI ad futuram rei memoriam.

Cum, sicut dilectus filius Mattheus Fornari, in alma urbe nostra fidicen, Nobis nuper exponi fecit, ipse, qui, ut asserit, à quondam Arcangelo Corelli Fidicene, ejus magistro, hæres tam instrumentorum musicalium quam

etiam omnium compositionum et operum institutus fuit, Sextus Opus Grandium Concent[u]um ejusdem Arcangeli in Oppida Civitate nuncupato Amstelodami Ultrajectensis seu alterius diocesis magnâ suâ impensâ typis mandaverit, seu mandare intendit, vereatur autem, ne alii, qui ex alieno labore lucrum querunt, opus prædictum imprimi facere curent in ipsius Matthæi præjudicium.

Nos ejus indemnitati, ne ex impressione hujusmodi aliquod dispendium patiatur, providere volentes, eumque à quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quamvis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Matthæo, ut decennio proximo à primæva Operis hujusmodi impressione durante, dummodo tamen Opus hujusmodi prius à dilecto filio Magistro Sacri Palatii Apost. si in Urbe, si vero extra eamdem Urbem imprimatur, ab Ordinariis Locorum, & Inquisitoribus hæreticæ pravitatis respective approbatum sit, nemo tam in Urbe, quam in reliquo Statu Ecclesiastico mediatè vel immediatè Nobis subjecto Opus prædicatum sine speciali dicti Matthæi, vel ab eo causam habentium, licentia imprimere, aut ab eo, vel aliis impressum vendere, aut proponere possit, Apostolica authoritate tenore presentium concedimus, & indulgemus.

Inhibentes propter[e]a utriusque sexus Christi fidelibus, præsertim Librorum Impressoribus, & bibliopolis sub Quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis Librorum, Operum, & Typorum omnium pro una Cameræ nostræ Apostolicæ, et pro alia eidem Matthæo, ac pro reliquis tertiis partibus Accusatori, & Judici exequenti irremissibiliter applican., et eo ipso absque ulla declaratione incurrendis poenis, nè dicto decennio durante Opus hujusmodi, aut aliquam ejus partem tam in Urbe, quam in reliquo Statu Ecclesiastico prædictissine hujusmodi licentiâ imprimere, autab aliis impressum vendere, seu venale habere vel proponere quoquo modo audent seu præsumant.

Mandantes propterea dilectis filiis nostris et Apostolicæ Seder de Later Legatis seu eorum Vice-Legatis aut Pr&asidentibus, Gubernatoribu, Prætoribus et aliis justitiæ Ministris provinciarum, civitatum, terrarum et locorum Status Nostri Ecclesiastici prædicti, quâtenus eidem Mattheo seu ab eo causam habentibus prædictis in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocumque à prædicto Matthæo requisiti fuerint, pœnas prædictas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac quibusvis etiam instrumento, confirmatione apostolicâ vel quâvis firmitate aliâ roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut præsentium transumptis etiam in ipso opere impressis, manu alicijus notarii publici subscriptis et sigillo personæ in ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die 31 Augusti MDCCXIV, pontificatus nostri anno XIV.

F. Oliverius.